VETUS TESTAMENTUM
Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

benedicto regis egressus est foras / Ioseph vero patri suo / et fratribus suis possessionem dedit in egypto in optimo terre solo ramesses / vt pharao et alebat eos / et omnes qui erant et domui patris sui panes abundantia singulis / In toto enim orbe panis deerat / et fames opprimebat terram maxime egypti / et chanaan / Quibus desiderantibus et inpulit ea in erarium regis / Quumque defecisset emptorum pecunia / Venit cuncta egyptus ad ioseph dicens / Da nobis panes / Quare morimur coram te / deficiente pecunia / Quibus ille respondit / Adducite pecora vestra / et dabo vobis pro eis cibos / si pecunia non habetis / Quae cum adduxisset dedit eis alimenta / pro equis et ouibus / et bobus / et asinis / Sustentauitque eos / anno illo / pro commutatione pecorum / Venerunt pro anno sequenti et dixerunt ei / Non celamus dominum meum / quod deficiente pecunia et pecorum pecora simul defecerunt / nec clam te est quod absque corporibus / et terra nihil habemus / Cur ergo morimur te videente / Et nos et terra nostra tua sumus / Eme ergo nos in perpetuum seruitio / et pro pecunia / ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem / Emit igitur omnes terras egypti vendentibus singulis possessiones suas / propter magnitudinem famis subiecitque ea pharaoni / et ciuitates populos eius a nouissimis terminis egypti / vsque ad extremos fines eius / Preter terram sacerdotum que a regis tributa fuerat / eis / quibus statuta abundant / ex horreis publicis praebebantur / Et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas / Dixit ergo ioseph ad populos / Ecce vos terrae vestre pharao possedit / Accipite semina / et serite agros / vt fruges habere possitis / Quintas partes regi dabitis / quatuor reliquas / permitto vobis in sementes / et in cibos per familias et liberis vestris / Qui vndecim / Sata nostra in manu tua est / respiciat nos tantum dominus noster / et leti parebimus regi / Ex eo tempore vsque in presentem diem / in vniuersa terra egypti / quinta pars solutum / et firmum est qui in lege / absque terra sacerdotali que liberam ab hac fuerat quadam

Habitauit ergo israel in egypto in terra gessen / et eam possedit / Auctusque est / et multiplicatus nimis / et vixit in ea .x. et .vii. annis / factique sunt / dies illius centum .xlvii. annorum / Cumque appropinquare cerneret mortis diem / vocauit filium suum ioseph / et dixit ad eum / Si inuenio gratiam in oculis tuis / pone manum tuam / sub femore meo / et facias mihi misericordiam / et veritatem / vt non sepelias me in egypto / sed dormiam cum patribus meis / et auferas me / de hac terra / eddas que in sepulchro maiorum / Cui vndecim ioseph / Ego faciam quod iussisti / Et ille / Iura ergo inquit mihi / Quo iurante adorauit israel deum et quasi ad lectuli caput / Cum

Hyis itaque gestis / nuntiatum est ioseph / quod egrotaret pater eius / Qui assumpto duobus filiis / manasse et effraim / ire properauit / Dictumque est patri / Ecce filius tuus ioseph adest / Qui confortatus sedit in lectulo / et ingresso ad se ait / Deus omnipotens apparuit mihi luza / que est in terra chanaan /